

26. §. 5. Utuntur autem hōc jure adversus omnis' generis homines, singulos, & collegia, seu ejusdem seu diversæ professionis, Magistros & Boëthos; sed potissimum (i.) adversus Extraneos, quos vocant generatim, qui non sunt de Collegio, præscindendo, an sint ejusdem civitatis incolæ, - an alterius; in tantum, ut licet idem sit opificium, ut constabit *inferius*: nunc de solis, qui non sunt
 27. Opificio, die nicht des Handwerks sind. Cujus ratio est manifesta, Nam artem quam quisque callet, in hac se exerceat. Tuum quod non est, hoc scias ad alios modis omnibus pertinere. Falcem non debemus in alienam Messem immittere, & si quæ alia passim obvia.
 28. Sed hoc tamen notetur: Si quis *inveniatur in possessione*, eum non immitto tuendum, donec constet de injustitia possessionis: quid enim, si antiquior ille sit collegiō, vel novō collegii jure? tunc
 29. enim non turbaret ipse, sed turbaretur. Notes secundò, Hoc Tri-
 buum jus ad *Loca Exempta* & privilegiata, ab iis habitata qui non sunt sub Jurisdictione oppidana, v. g. Freyhäuser / qualis nifallor est hī loci ad cervum viridem, cuius possessor in prima instantia coram Regimine conveniendus, minimè esse porrigendum: prout ita judicatum refert Do. Fritsch. de jure Colleg. p. 1. c. 3. n. f. add. Meichsner. Tom. 4. Decis. Cam. 27. Gylman. Tom. 2. Symphor. p. 3. T. 7. v. 1. n. 1. Lindenspühr. Comment. super Jus provinc. Wurtem-
 30. berg. fol. 214. n. 9. Ubi nec Academias, aliasque personas hōc tribuum jure ligari ait. Usu tamen videmus, alicubi Magistros & boëthos his operas locantes à cæteris expelli. Lipsiæ tamen permulti opifices Collegia academica inhabitant & operantur nemine eos turbante. *Consuetudines E,* & *jura locorum* erunt attendenda.
 31. §. 6. Ad rem ut accedamus, Exemplum nobis esto unum Re-
 stionum collegium, quod super negotiatione olei, facularum pi-
 cearum, & rebus quibusdam aliis est privilegiatum, adeoque mul-
 tas adversus diversos & movet, & ab aliis patitur contradictiones.
 Nam venditionem Picis, & Senatus exercet, & Victores sibi vendi-
 cant; Faculas picatas conficiunt & venum exponunt ex Mercatori-
 32. bus illi quos Materialistas dicimus. Potissima tamen cum Olea-
 riis est controversia: Sunt autem hi duum generum: Alii Molito-
 res, Del-Müller/qui ipsi oleum exprimunt ac præparant; Alii sal-
 tim